Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



126

108

Exclamauerunt ad te domine in tribulacione sua et tu de celo exaudisti eos alleluia alleluia ℣ Exultate iusti in domino rectos decet collaudacio Sequitur collecta

Deus qui nos annua apostolorum tuorum philippi et iacobi sollempnitate letificas presta quesumus ut quorum gaudemus meritis instruamur exemplis ℣ Lectio libri sapientie

Stabunt iusti in magna constancia ad illos eos qui se angustiauerunt et qui abstulerunt labores eorum Videntes turbabuntur timore horribili et mirabuntur in subitacione insperate salutis dicentes intra se penitencia agentes et pre angustia spiritus gementes hi sunt quos aliquando habuimus in derisum et in similitudinem improperij nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam et finem illorum sine honore Ecce quomodo computati sunt inter filios dei et inter sanctos sors illorum est Alleluia ℣ Stabunt iusti Alleluia ℣ Pascha nostrum Sequencia Laudes sal-

In illo tempore D·i·d·s· Secundum iohannem

Non turbetur cor vestrum neque formidet Credite in deum et in me credite In domo patris mei mansiones multe sunt Si quominus dixissem vobis quia vado ad preparare vobis locum Et si abiero et preparauero vobis locum iterum veniam et accipiam vos ad meipsum ut ubi ego sum et vos sitis Et quo